



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex  
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &  
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium  
similitudinibus conscripta ...**

**Duplan, Theodore**

**Ruraemundae, 1663**

44. Tres propagines in unâ vite.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12221**

Nonne lapis triplici qui circumfulget ocello ;  
Symbolon hic Triadis (b) cuncta videntis habet ?

(a) Lapis pretiosus. (b) sic ergo vive, inquit Seneca epist. 10. cum hominibus, tamquam Deus videat : loquere cum Deo, tamquam homines audiant. Et Clem. Alex. hac solum ratione sit, ut quis numquam labatur, si Deum sibi ipsi semper adesse existimat.

### S Y M B O L U M 44.

*Tres propagines in una vite, sicut Gen. 40. vidit Pincerna Pharaonis.*

**I**Nvenit vitam (a) Ganymedes regius olim  
In vite, (b) unde suam plurima turba necem.  
Uva triplex vitis Triadis pia Viscera monstrat,  
Justitiam pariter terna canistra notant.  
Propago triplex una de vite resultat ;  
Sic datur en una sub Deitate Trias.

(a) Ganymedes fuit formosissimus puer, quem poëta finxerunt jussu Jovis in calum ab aquila portatum, ut ei a caliculis esset. (b) Vinum esse venenum corporis & mentis, notat S. Ambr. lib. de Eliâ & Fejanio cap. 14.

### S Y M B O L U M 45.

*Tria grana aurea quæ lilio certo innituntur.*

(a) **I**N niveo quot grana vides flaventia flore  
In Trini titulos discis amore Dei.  
Est ut origo Pater, rerumque Creator amandus,  
Principium cunctis e bonitate dedit.  
Gnatus ceu animæ Reparator dignus amore,  
Donus ceu omnis fonsque datorque boni.

(a) Lilia sunt triplicia, candida, rubentia, purpurea, & tribus interdum cubitis alta. Plin. lib. 20. cap. 5.